



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

Quæ sunt signa ver[a]e Ecclesi[a]e catholic[a]e, & qu[a]e fals[a]e. tit. 195

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

clesiam, sub vnitatē catholica, aut extra modo Deo honoretur, & fides in Christum teneatur. Nihil ergo est illa vnitas? Quod si hoc verum est, cur Paulus iugere iubet schismata, 1. Corinth. 1. & rogat vt vno ore &c. Roman. 15. & dicit Gala. 5. sectæ non possidebunt regnum, & 1. Corin. 13. Si habuero omnem fidem &c. & Ioannes, 1. Ioan. 4. cur adedò exigit dilectionem, vt dicat illum mendacem, qui illa caret? Non enim peccatum aliud est, quod ita Apostoli insectantur & odiunt, vt schisma. & S. patres, Augustinus, cyprianus, &c. cur tantas persecutiones pertulissent propter vnitatem Ecclesiæ, quam docuerunt & defenserunt, si idē esset, intra vel extra ecclesiā in Christum credere?

Itē, si idem esset, cur Deus præcepit, Num. 16. Moyse, vt diceret populo, Separamini de medio congregationis huius, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum: & quare solum sectarios deglutiuit terra, & non etiam alios? & Gen. 4. ambo iuuocârunt vnum Deum, Abel & Cain, vni Deo sacrificarunt, At quare Abelis sacrificiū acceptatur, & non etiam Cain: si idem est, extra charitatem id est, vnitatem, & intra, Deum colere? Non ergo idem est, &cæt. omnis etiam persecutio facta contra Patres, est propter vnitatem catholicam: nolebant esse sectarij.

*QUAE SVNT SIGNA  
vera Ecclesia catholica, &  
qua falsa.*

TITVLVS CXC.V.



PRIMò, scriptura notat aliqua signa, per quæ nobis significat & ostendit, vbi sit falsa Ecclesia. Primū est dissensio inter hereticorū. Hoc ab initio notatū quod in principio concordāt secte, sed statim diuiduntur,



diuiditur, nō possunt diū stare in equali & fide opi-  
 natione. Sic Genesis. 11. legitur de ædificatoribus tur-  
 ris Babylonicæ &c. Sic Arrius primò fuit solus, sed  
 statim ruerunt Arriani in varias sectas, nam ex illis  
 Sabelliani, Eunomiani, Valētiniani, &cæter. exorti-  
 unt. Sicut iam Luterus fuit solus: sed statim erupe-  
 runt Sacramentarij, Anabaptistæ, Osiandrini, & Il-  
 lyciani &cæt. Sic dissipat Dominus ossa eorum,  
 qui hominibus placēt, Psal. 52. Est ergo, mutua secta-  
 rum dissensio, verissimum signum falsæ Ecclesiæ, sed  
 hoc non mouet obstinatos.

Secundum, bellorum strages. Nam donec sectæ vi-  
 uunt, & bellum est in animis hominum, id est fide sa-  
 cramentis, cultu Dei, ex illo & pax externa rumpi-  
 tur. Sic post adorationem vituli, Exod. 23. occidun-  
 tur 23. millia.

Tertium, quoniam amplius non est conscientia, ti-  
 mor, ante oculos hominum, quoniam traditi sunt  
 in reprobum sensum, Rom. 1. ideò ad libitum credūt  
 & faciunt quæ volunt, & hoc quoque temere defen-  
 dunt &cæt. At videmus quomodò ab initio catholici  
 fuerunt in fide & articulis fidei constantes, & vnani-  
 mes in administratione sacramentorum, iuxta Apo-  
 stolam, 1. Cor. 1. id ipsum sentientes. Subindè, quòd  
 non sunt tanta bella aut tumultus visi, sicut iam istis  
 temporibus nouissimis. Matth. 24.

Postremò, quòd maior fuit deuotio ad religionem,  
 maior & sincera charitas erga proximum, maior ti-  
 mor Dei ante oculos hominum, sed omnia illa iam  
 refrixerūt, vt prædixit Christus Mat. 24. & Paulus 2.  
 Tim. 3. ergo ex istis notis videtur vbi sit vera ecclesia.

Secundò inquit: Omnia quæ facimus, secūdam  
 verbum Dei facimus: ideò nostra Ecclesia non potest  
 esse falsa & erronea. Respondeo, vsurpare & abuti  
 verbo Dei proprio libito & temeritate sine autho-  
 ritate legitima, displicet Deo, neque id Deus confir-  
 mat



mat. sic præsumebant Prophetæ falsi, prædicare verbum Dei: sed Deus inquit per Prophetam Ierem. 4. Currunt, sed ego non misi eos. & Rom. 10. Quomodo prædicabunt, id est, verè, si non mittantur? Sic enim veniunt à seipsis hæretici, & nemo misit eos. Ideo Christus Mat. 7. iubet attendere & cauere. Sic Chore, Dathan & Abiron vendicabant sibi sacerdotium, Numer. 16. & hoc autoritate verbi Dei, iuxta corin. 1. mi sententiam: nam allegabant scripturam Exo. 19. Eritis mihi omnes vos Iudæi in regnum sacerdotale, &c. sed falsa erat illorum intentio de illa scriptura, ideò Deus nõ approbavit, sed horribiliter etiam correxit schisma, &c. Nam specialiter & ordinatè Deus elegit Aaron, Exod. 30. Adoleuit rex incensum, 2. Paralipp. 26. sed lepra percutitur: non approbavit ergo Deus thuribulum Chore, nec incensum Regis &c. ergo ad verbum Dei exigitur etiã legitima potestas, &c. Potestas Ecclesiæ est intellectus scripturæ, quem Ecclesia habet catholica, non ille quem quisq; à suis terminis ex suo capite fingit.

*ECCLESIA EST INDI-  
uisibilis.*

TITVLVS CXCVI.

**C**HRIſTVS saluator noster Matth. 13. assimilat ecclesiã catholicam reti, congreganti & retinèti pisces bonos & malos, vsque ad tractationem in litras, & iubet vtraque crescere simul zizania cum tritico vsq; ad tempus messis, & Paulus 2. Tim. 2. In magna illa domo nouit Dominus qui sunt eius, &c. Non iubet Christus separare & scindere Ecclesiam, sed iubet vtranq; crescere, volens solam vnam habere catholicam Ecclesiam, licet in illa forent boni & mali, &c.

Secundò, grauissimè peccant hæretici, qui sub titulo